



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

Mors eius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

deserturi, & ciuraturi eius notitiam? quibus dictis galorum resumpsi, & omni honoris officio Goesium ornauit discedentem; Goes enim ceteruam sociam, moueri tardioreni, nihil deinceps moratus, Cataum contendit, quod Ciali certo competet, non esse aliud præter Sinas; mœstus ergo labore prolixo & irrito, sed videndi Ricciij spe latos Ciucuonem magno muro subiectam quanto inde mense petuerit; & Riccio enim ex iis didicerat legationis facta Saracenis quam pridem, meminimus, qui Pechino reuersi appulerant Cialim. Diebus posta quinque & viginti rescriptum habuit à Prorege, quo liceret Suceum progredi, dici itinere intra Sinas in ora Sciensis Provinciae ad oculum, longum sit texere quot illic perpassiones exhauserit, quot productiones, & vitæ discrimina ab infestissimis Saracenis magnam vibius illius incolentibus partem, quoad demum ibidem obiit cum imperasset pergendi commeatum. Nam quas primum dederat ad Ricciū literas, qui tulit; ignarus nostri characteris, & Matthæi (quo Ricciū nomine Pechini pauci norant) nequiuuit reddere; vicissim Riccius frusta illum diu requisiuit quod ex Benedicti, & ad scititio Abdollah nomine sibi penitus ignoto, non posset illum requirere: altera hinc quas melius edocto credidit Saraceno, bona fide sed sera sunt redditæ, ultra scilicet menses decem, quibus interim Sucei absolumebatur ærumnis bonus frater; sis effictim petebat ab Riccio, ut properaret ab Dei hostibus viuum eripere; sed obstabat festinanti hyems, in locis iam sœua, vt ægræ Suceum, ab usque Pechino quatuor mensis sufficiant, præterquam quod lenti fuit negotij Rescriptum extero obtinere ad penetrandum in urbem regiam. Misit tandem ad eum Riccius Ioannem Fernandum Sinensem, qui breui postmodum admissus est in Societatem, cum perito locorum Christiano, & suis Patriarchæ epistolis, desiderium illius, & caritatem spirantibus: at enim perfidus Christianus ut Sigan attigit Sciensis Metropolim, direpta quid potuit parte viatici media, nunquam deinde comparuit. Itineris religio Fernandes ut potuit sufficerit, quod Pechino Suceum, trium mensium & sequi fuit, illuc enim non ante Martij ultimum, anno huius septicimo petuerit. Iacebat ex animi, vitaque molestiis, &, quod rō similius creditum, ex venæo à Saracenis mixto morti proximus Goes, gaudens tamen quod vitam in Dei obsequio ponere; nocte quo aduentum Fernandij præcessit, cum per somnum putasset missum ad Pechino aliquem, tam verum id sibi persuasit, ut mane Isaacum Armenum fidissimum comitem rogarit, in forum exire, stipem largiri paribus, & investigare de quodam Extero illac recens aducto, & quo opportunè reficiuit ex iuene qui tunc Pechino aduenierat. Atque huic paulo post supernenit Fernandez, cui accedenti, Lusitanice loquenti, salutem & literas à Patribus reddenti, miris animi gaudiis, & suauissimis acharmis respondit, sublatisque in cœlum oculis Nunc, laquit, dimitti seruorum tuum Domine; hinc semel & iterum perfectas cum flera

Mois ciuit.

scetu literas applicuit pectori , nec inde tota illa nocte amovit ; è contratio Fernandem tenebat ingens mror quod ea vrbs Sinis semiextra-nea , Medicis & remedii careret , nec posset ægrotum tutius Saracenis quam lupis credere ; moribundi rem eius omnem residuam , quam statim a morte rapuere , iam tum ore hianti vorantibus . Sic lento sensim virium decessu , die post Fernandis aduentum vnde cimo viuere desit religiosissimus & optimus Frater , annum agens ætatis quartum & quadagesimum , & forte meliori Deum prius in celo , quam in Cataio Ricciū inuenit . Certè illum etiam Saraceni ex vita illius trienni observatione , constantia fidei , & prodigiis quibusdam diuinis editis pro sancto prædicabant : quiçquid tamen eius restabat inuolarunt , & fœderate catœ nomine , velut intestati , inter se partiti sunt : in quo forte dolenda præcipue tabularum iactura quibus sui torius itineris loca , situs , ingenia , & quiçquid scitu dignum viderat adnotata , quæ nimis credibile ab iis latronibus combusta , vt simul adscripta Persico charactere nomina abolerent , quibus illi complures sese obstrinxerant : insabat quin etiam suo illum ritu & polyandro humare , vt viderentur eius bona ad se tanquam sui , iure denoluta , abstractum denique illorum e manibus cedauer Fernandez , & Isaac cum Psalmis & precibus , humili funere condidere . Exin tristis Isaaco & Fernandi malorum series ; Saracenis illum sibi mancipantibus in seruum , & crebro necem minantibus , quod Mahumetem respuerer ; hunc autem vexantibus quod rem fecerit . Goes quam diripuerant ab iis repeteret , quamobrem cuicere à Mandarino Succensi , homine iniquissimo & venali , vt is carcere clauderetur ; & ultra quadrigimestre , in vrbe illa pestilenti multis aduersis iactaretur , quæ nihil magnoperè attinet numerare ; sed vis fuit eius ingenij , & animi vigor , vt se eum Isaaco liberum reciperet , & ablatis quæ de rebus Goes celari ptidem potuerant Pechino redderet . Illic ab Octobris vigesimo octavo anni 1607 . Isaacus paulum ex itinere recreatus , secundis amnibus Macauum , inde mari in Indiam reuertit , & testis Cataj nimis verax , nimiūque calamitatibus edocet , si qui adhuc natarent certos fecit Cataium cum Sinis aquilonariis , vnum esse , frustaque operam & sumptus perdi , vitamque adeo scrutaturum , in alio ab sinis Cataio vestigando . Reuisamus nunc interiora Regni , & eam quæ primam occurrit Nancianam nostrorum stationem , vbi se Christi ludes glorioſius extulit , cum videretur abiecius profligata .

Excolebat illam Socius decimo iam anno , Manucl Diaz tertio , cui adhuc Sincē indocto , linguam commodabat F. Pasqualius Mendezius Sinensis , ducenti ab idolis breui ad Chistum traducci sunt , quorum de laudibus postea , & fauebat Deus incrementis illius Ecclesiæ , prodigiorum editione supra modum communem naturæ & gratiæ , quæ longe facerit referrere . Sed tabescens ab anno hec tica febri Socius ex laboribus contracta in fundatione illius Christianitatis totum onus agendi Mænili cessit ; ipse linguae Sinensis peritiam occupans , institutionem

M m

Neophytorum egregiam hoc tempore absolvit, quam Sciaocei, magno religionis bono editam vulgauit Longobardus. Experi quidem placuit, sed nimium serò an cœlum Macaense restituere soerium posset, nam illuc peruectus Majo mensē, in eunte Octobri obiit. Luxe illum Nanciani sui, funcribus etiam assumptis, tanquam Patron, quem ante discessum, periculose sèpius decubente luis apud Deum votis ardentibus, restituerant in melius, vitamque illi produxerant: patria illi fuit Mons-major vetus, in Lusitania; ætatis anni viii & quadraginta; Societatis viginti tres quos ferè omnes impenderat collistrans Euangeliō tractibus Orientis.

Crescente igitur numerosis prouentibus Nanciana Ecclesia, nostrum domum, stipe Macao accepta emunt, cuius pars vna templo sufficiunt multitudinis fidelium capaci; altera Patribus; tironibus tertia, qui immo numero quatuor, Sinis Macai parentibus nati Societatem expetebant. Emissionis pretio ex venditione dominus veteris confecto; tempestassilicò ingruentium accusationum in Patres incumbere; horrenda iis imponi; expulsio illorum violentis flagitationibus exigi, tam proniore PP. & Christi. dicis approbatione, ut indistam, & ignotam caulam sua fide accusatoribus addiceret. Mouere procellam præcipuae caulae tres: conflagravit Hiuncinci templum, (cuius idoli cum domo, familia, & animalibus in cœlum recepti, retulimus fabulam) nouo illi fano sumptuosius extruendo, millia aureorum decem, cultores eius taxauerant: obibant urbem, & quod cuique luberet, domelicitatim quæstores petebant. Hic soli, principio negare Christiani, sibi fas esse tantum nefas vel hilo iuare; post etiam Ethnici longè plures, ad eludendam quæstorum molestiam mentiri Christianos, & religionem excusante sacrilego in idolum dono contaminarentur. Quainvis autem Prædictus operi, tedactus in ordinem Colaus, vir prudens, Patres multum laudaret, (ex quorum institutione aiebant quæstores has clusiones proficisci) & assureret debere cuius, collationem stipis permititi liberam; at videns ciuitas accessione ciuium ad Christum idola, & tempora quorum sibi magnificentia, & splendore potissimum placebat, sensim defluxura tandemque ruina irreparabili abolenda; extimulante præterea sycophantarum trium perfidia, latius contra nos incensa erant hi ex illis quos Chianhios, hoc est, Prædicatores vocant, factosi, eloquentissimi, Literatissimi, simulatores sanctitatis, & quando in speciem ab honoribus, & gloria refugi, tanto eius appetentes. Id habent pensi, instar sui sanctorum homines effingere, virtutum suenium assidua prædicatione, suam sibi quisque academiam cogere; felicos discipulos ad sui proxime formare imitationem. Simulabant hi quidem priuatim magnam erga nos benevolentiam, velut socios concionum, integritatis, & illustris exempli, publicè acriter ubiquecumque se daret occasio perstringebant, velut mortalium inconsultissimos, qui occultioris sapientiae arcana intima, de diuinitate, legeque ipsius, tolis nobilibus

<sup>187.</sup>  
Calumnia in  
PP. & Christi.  
cuius Author.  
puniti.